deꝫ ſacro approbāte ꝯcilio ꝑpe
tuo duximꝰ ꝓhibendū: ꝛ a dei
eccl'ia penitꝰ abolēdū: eiſdē et
alijs mulieribꝰ q̄buſcūq̨ ſb pe
na excōicatōis. quā in ꝯriū fa
ciētes īcurrere volumꝰ ipſo fa
cto inīūgentes expſſe: ne ſtatū
hmōi dudum forte ab ipſis aſ
ſumptū quoq̄ mō ſectent̄ vlte
rius: vel ipm aliq̄tenꝰ de nouo
aſſumāt. ¶ Predictis vo reli
gioſis ꝑ q̄s eedem mulieres in
hmōi beguinagij ſtatu foueri:
ꝛ ad ipm ſuſcipiēdū induci di
cunt̄: ſub ſili excōicatōis pena
quā eoipſo q̄ ſecꝰ egerīt ſe vo-
uerīt īcurſuros: diſtrictiꝰ inhi
bemꝰ: ne mulieres aliq̄s ꝑdi-
ctū ſtatū vt ꝑmittit̄ dudū aſ-
ſumptū ſectantes: aut ipm de
nouo forſitan aſſumētes q̄mo
docūq̨ admittāt: ipſis ſup eo
ſectādo vel aſſumēdo ꝑbentes
nullo mō ꝯſiliū auxiliū vel fa
uorē: nulla ꝯ ꝑmiſſa ꝓuilegio
valituro. ¶ Sane ꝑ ꝑdicta ꝓ
hibere nequaq̄ intēdimꝰ: q̄n
ſi fuerīt fideles aliq̄ mulieres
q̄ ꝓmiſſa ꝯtinētia vl' etiā nō ꝓ-
miſſa hōeſte ī ſuis ꝯuerſantes
hoſpicijs pn̄iam agere volue-
rint: ꝛ virtutū dn̄o in hūilita
tis ſpū deſeruire: h̄ eiſdeꝫ liceat
put dn̄s ipſis inſpirabit.

## Idem.

Quia ꝯtigit īterdū q̄ xe-
nodochioꝝ leproſarioꝝ
elemoſinarioꝝ ſeu hoſpitaliū
rectores locoꝝ ipſoꝝ cura pꝰ-
poſita: bōa res ꝛ iura ipoꝝ in-
terdū ab occupatoꝝ ꝛ vſurpa
toꝝ māibꝰ excutere negligūt:
q̄nīmo ea collabi et deꝑdi: do-
mos ꝛ edificia ruinis deforma
ri ꝑmittūt: ꝛ nō attēto q̄ loca
ipa ad h̄ fūdata ꝛ fideliū eroga
tōibꝰ dotata fuerīt: vt paupes
īfectiq̨ lepſ recipent̄ inibi: ꝛ ex
ꝓuentibus ſuſtētarent̄ illoꝝ

no. oſti. q̄ a beguinis cauendū: de fri. fraternitatis: poſt pñn. de vi. ꝛ ho. cle. mōſteria. alibi no. de iureiur. etſi xp̄us. v. angelꝰ. quedaꝫ dixiſſe tp̄a mutata in malū: ex q̄ ꝯſcientia cepit eſſe peccatū. deus nouit iuramentū ꝛ beguinarꝰ religio: dicit̄ quedā declaratoria ſup hac ꝯſtitutiōe manaſſe: quā de curia haberi non potui. ꝛ a quibuſdā audiui q̄ a curia nō manauit. Vidi autē duas ꝯrias: ꝛ vt puto ī alamania ꝯpoſitas: q̄ruꝫ altera videbatur edita ad ꝯſultatōeꝫ epi argētin.

z ¶ Mulieribꝰ. vgies nuptas et viduas ꝯp̄hendit: de hoc. ff. de v. ſig. mulieris: in pñ.

a ¶ Beguinabꝰ. de erroribꝰ beguinaꝝ ꝛ beguardoꝝ alamanie. ī. de here. ad nr̄m.

b ¶ Vulgariter. inſpicitur elocutio vulgi: ſ. ri. ꝓxi. c. vlti. v. illas q̄ꝫ. ī. d̄ here. c. j. §. ſane: d̄ tor. c. j. d̄ iniurijs: ꝛ ſi pignoratiōes: ī pñ. li. vj. cū ſuis ꝯcō.

c ¶ Nuncupatis. hic iunge liam nobis fide digna ꝛc̄. q̄ð ſequitur eſt interpoſitio.

d ¶ Obedientiā. vide q̄ð ſcripſi ī cle. vl' vo. ꝯſuluit. ꝛ quod no. in ſpec. de ſta. mona. v. xxxvij. Et ꝑ hoc videtur q̄ hec ꝯſtitutio ſorores minoꝝ q̄ dicunt̄ tercij ordinis nō includat: cū ille promittant obediētiaꝫ ꝛ habeāt regulā: nō ꝓprie quo ad tria ſubſtantialia: ſed quēdam moduꝫ viuēdi per ſe. ap. approbatum: q̄ð mihi ꝯſtat: et fa. ī. de ſen. excō. cum ex eo: in pñ. Secūdꝰ aūt ordo eſt ſoroꝝ ſcte clare q̄ ꝓfitent̄ ſubſtātialia: h̄ differūt a primo. q: hn̄t ꝓpriuꝫ ī cōmuni q̄ð non hꝫ ordo minoꝝ.

e ¶ Affectio. ſic. xxv. di. olim.

f ¶ Inſaniā. ſicut ille de quibꝰ habet̄. xxvj. q. iiij. epi. que ſequi ſe dicunt dianam.

g ¶ Diſputent. q̄ð etiaꝫ maribꝰ laicis nō licet: de here. c. ij. §. j. li. vj. C. de ſum. tri. l. penult.

h ¶ Predicent hoc nō licet mulieribꝰ etiam prelatis: de pe. et remiſ. noua. xxiij. di. mulier. xxxiij. q. v. mulierē. Nec liꝫ maribꝰ laicis: de here. cum ex iniūcto. nec clericis: niſi ſint curati vel ſup hoc puilegiati: ſ. ea. compil'. de ſepul. dudum: poſt pñn. et. §. huiuſmodi: in pñn.

i ¶ Introducant. quod hereticū eſt: de here. ad abolendā: in pñ.

k ¶ Sanctitatis. ſm grego. ſimulata equitas duplex eſt iniquitas. ratio eſt. q: malū facit et abutit̄ bono.

l ¶ Abolendum. concor. lxviij. di. cor epi.

m ¶ Ipſo facto. ex q̄ papa ſibi vel alteri abſolutōeꝫ nō reſeruat: abſoluet ordinarꝰ: de ſen. excō. nuper.

n ¶ Dudum. reſpicit ꝓterita: quia illud exꝓmitur. et quia ratio huius antiqua.

o ¶ Sectent̄. quaſi ſequātur vel aſſequātur.

p ¶ Religioſis. alios non ligat: vt dicam. ī. de ſen. excō. c. j.

q ¶ Incurſuros. quia participās criminī damnato incurrit eandeꝫ penam excōmunicatiōis: de ſen. excom. nuper. ꝛ. c. ſi concubine. nō videbatur hoc exprimi neceſſe: ſed quia vt ſcripſi in pre. decre. nuper: illa pena locum non habet: niſi duo cōcurrant q̄ crimini et crimīoſo participet: ideo fuit hic expſſum.

r ¶ Et virtutum. ſ. ri. ꝓxi. c. vlt. v. viſitatores: in fi.

¶ Humilitatis. ab humo dicit̄. et vt bt̄us bernardus dicit libro d̄ gdibus hūilitatis. hūilitas eſt virtꝰ qua homo veriſſima cognitiōne ſibi vileſcit. ꝛ poſt multa. glorioſa res eſt hūilitas q̄ ipa quoq̨ ſuperbia palliari ſe appetit ne vileſcat: fa. viij. q. j. ī ſcripturis: in fi. d̄ talibus dicit̄ q̄ ſub ſpecie agni lupuꝫ gerūt: de here. vt officiū li. vj. Caſſianꝰ ponens decem humilitatis indicia: ponit illud octauū cum q̄s ſe reliquis inferioreꝫ nō ſuperficie ꝓnunciat labioꝝ: ſed intimo cordis credit affectu: inde dicūtur tres gradus humilitatis. Primꝰ ſubdere ſe maiori ꝛ non preferre ſe equali: fac̄. xcij. di. de cōſtantinopolitane: ī fine. Secundꝰ ſubdere ſe eq̄li nec preferre ſe minori. Tercius ſubdere ſe minori: fa. de pe. di. ij. c. j. Prima dicit̄ ſufficiēs et neceſſaria. ſecūda abundans. tercia ſuperabundans. De humilitatis efficacia diabolus ad machariū: vt legit̄ in vitis patꝝ. Ieiunas īterduꝫ ꝛ ego nullo vnq̄ cibo reficior. tu ſepe vigilas: me nūq̄ ſopor oppreſſit: humilitas tua ſola me vincit. Et ambro. dic̄ q̄ humilitas eſt clauis q̄ aperit regnū celoꝝ: ꝛ reſerat miſteria ſcripturaꝝ. Et grego. in quarta dominica de aduētu. q̄ ſine hūilitate virtutes cōgregat: q̄ſi ī ventū puluereꝫ portat. et vn̄ aliq̄d ferre cernit̄: inde deteriꝰ cecat: ꝛ vide. xciij. di. dn̄s. c. di. ꝯtra morem.

t ¶ Quia contingit. Primo ponens ꝯſtitutōis cauſaꝫ: ſtatuit hoſpitalia reformari ꝑ collatores ipoꝝ: et cogi rectores eoꝝ ad ꝯſuatōeꝫ locoꝝ ꝛ ſuoꝝ iuriū ꝛ ad hoſpitalitatē tenēdā: ſtatuēs ꝑ locoꝝ ordiarios ſuppleri defectū vl' negligēnā collatoꝝ etiā circa exempta. Secūdo ꝑcipit hoſpitalia ī bn̄ficiū nō ꝯcedi: niſi ī duobꝰ caſibꝰ. ꝛ reprobat ꝯriaꝫ ꝯſuetudinē: ſubmittens q̄les eſſe debeāt quibꝰ adminiſtratio ipſa ꝯmittit̄: ꝛ de ipſoꝝ iuramēto: iuentario: ꝛ rōne reddēda: ꝛ decretū appoīt. Tercio declarat ꝯſtitutōem non extendi ad hoſpitalia religioſoꝝ vel militariū ordinū. Quarto cōſeruat conſuetudines antiquas taliuꝫ locoꝝ circa diuina officia ꝛ ſacramenta. Secunda ibi: vt aūt. Tercia ibi: ꝑmiſſa. Quarta ibi: ceteruꝫ.

u ¶ Xenodochioꝝ. de hoc ꝛ ſequētibus nominibus ſ. e. ꝯpil'. de ꝓben. ꝑ lr̄as. ꝛ ibi dedi remiſ.

x ¶ Cura. temporaliuꝫ: vt innuūt ſequentia.

y ¶ Excutere. repetendo illa in iudicio: q̄ poſſunt in eccleſiaſtico: etiaꝫ ſi illi ſint laici: de fo. compe. cuꝫ ſit.

z ¶ Deperdi. permittūt quod ſequitur.

a ¶ Deformari. hec eſt ꝓbatio male adminiſtratōis. xij. q. ij. q̄tuor: de elec. fundamēta. v. inīquid. li. vi. C. de admi. tu. lex que. fac̄. ꝯſtitutio

id renuūt inhūaniter facere: ꝓuent⁹ eoſdē in vſus ſuos dā‑nabiliter ꝯuertētes: cū tñ ea q̄ ad certū vſuȝ largitōe ſunt de‑ſtinata fideliū: ad illuȝ debeāt nō ad aliū: ſalua q̄dē ſedis apoſtolice auctē ꝯuerti. ¶ Nos i‑curiā ⁊ abuſuȝ hmōi deteſtan‑tes: h̄ ſacro ꝯcilio approbante ſancim⁹: vt hi ad q̄s id de iu‑re vel ſtatuto ī ipſoꝝ fundatio‑ne locoꝝ appoſito: aut ex ꝯſue‑tudine p̄ſcripta legittime vel priuilegio ſedis apl̄ice ꝑtinet: loca ipā ſtudeāt in p̄dictis oī‑bus ſalubꝛit̄ reformare: ac oc‑cupata deꝑdita ⁊ aliēata ide‑bite ī ſtatū reduci debitū faci‑ant: et ad ipſaꝝ miſabiliū pſo‑naꝝ receptiōeȝ ⁊ ſuſtētationeȝ debitā iuxta facultates et ꝓuē‑tus locoꝝ ipſoꝝ rectores p̄di‑ctos cōpellere non omittant. ¶ In q̄ ſi forte ꝯmiſerint ne‑gligentiā vel defectū ordīarijs locorū iniūgim⁹: vt etiā ſi pia loca p̄dicta exemptiōis p̄uile‑gio munita ꝯſiſtāt: ꝑ ſeipſos vl̄ alios impleāt oīa p̄miſſa ⁊ ſin‑gula: ⁊ rectores eoſdē vtiq̄ nō exemptos ꝓpria: exemptos vō et alios p̄uilegiatos apl̄ica ad id auctē ꝯpellāt: ꝯdictores cu‑iuſcūq̄ ſtatus aut ꝯditiōis exi‑ſtāt: ac p̄bentes eiſdē circa p̄‑miſſa ꝯſiliū auxiliū vel fauo‑reȝ: ꝑ cēſurā eccl̄iaſticā ⁊ alijs iuris remedijs ꝯpeſcēdo: nul‑luȝ tñ ꝑ h̄ exemptōib⁹ ſeu p̄ui‑legijs ipſis q̄ ad alia p̄iudiciū generādo. ¶ Et aūt p̄miſſa ꝓmptius obſ'uent̄: null⁹ ex lo‑cis ipſis ſecularib⁹ clericis in b̄nficiū ꝯferat̄: etiā ſi de ꝯſue‑tudine quā reprobam⁹ penit⁹ h̄ fuerit obſ'uatū: niſi in illoꝝ fundatōe sec⁹ ꝯſtitutū fuerit: ſeu ꝑ electōeȝ ſit de rectore lo‑cis hmōi ꝓuidendū. Sȝ coruȝ gubernatio iuris ꝓuidis ido‑neis ⁊ boni teſtimonij ꝯmitta‑tur: q̄ ſciāt velint ⁊ valeāt lo‑ca ipſa bona eoꝝ ac iura vtili‑ter regere: ⁊ eoꝝ ꝓuent⁹ ⁊ red‑dit⁹ ī pſonaꝝ vſuȝ miſabiliuȝ fideliṫ diſpēſare: ⁊ q̄s in vſus alios bona p̄dicta ꝯuertere p̄‑ſumptio veriſilis nō exiſtat: ī quib⁹ ſub obteſtatōe diuini iu‑dicij: illoꝝ ad q̄s dictoꝝ loco‑rum ꝯmiſſio ꝑtinet ꝯſcientias oneram⁹. ¶ Illi etiā quibus dictorum locoruȝ gubernatio ſeu adminiſtratio ꝯmittet̄: ad inſtar tutoꝝ ⁊ curatoruȝ iura‑mentū preſtare: ac de locorum

Johan. execrabilis. j. Rn̄. reparari aūt debent de reddit⁹ locoꝝ que ſupſunt: qd̄ dic vt de ec. edi. c. j. ⁊. c. de his.
b ¶ Inhumaniter. de p̄ſcrip. cum ex officij: poſt p̄n. de cenſi. licet.
c ¶ Uſus ſuos. ſ. vltra victū ⁊ veſtitū: forte in p̄rimonio augendo vel ꝯſeruādo. fa. de pig. c. iij. ⁊ p̄ȝ qd̄ iſti fructus etiā ſepatos a ſolo ſuos non faciūt: de alijs cleri‑cis ⁊ p̄lans no. de offi. or. p̄ſenti. li. vj.
d ¶ Largitione. in vita vel morte.
e ¶ Non aliū. etiā piū. ⁊ eſt huic ſi. de ap. c. iij. ⁊ ibi cōcor. de hoc in. j. glo. ⁊ bene fa. ff. de ānu. re. ad. ci. ꝑ. l. j. cū ꝯcor. j. glo. q̄nq̄ tñ rebus vti‑tur ad aliū vſuȝ q̄ fue‑rint inente: de penis. q̄‑uis. li. vj.
f ¶ Aplice ſe. no. ꝑ hāc lr̄am ſolū papā alterare poſſe vſuȝ illoꝝ q̄ ꝑ fide‑les donata ſunt vel reli‑cta. ⁊ addēdus eſt iſte ca‑ſus ad alios: no. de offi. leg. q̄ tranſlatōem.
g ¶ Couern. ꝑ ſolicitu‑dinem dioceſani. e. ti. de xenodochijs.
h ¶ De iure. vt epi: vt i ꝓx. c. de xenodochijs.
i ¶ Appoſito. ꝑ dioceſa‑num de ꝯſenſu p̄rom: de ꝯſue. cū dilect⁹. fa. xviij. q. ij. eleutherius: de iu‑repa. p̄terea. ij.
k ¶ Legittie. ſpacio. xl. annoꝝ cuȝ titulo: niſi ſit tāti tp̄is p̄ſcriptio cuius initij n̄ ſit memoria: qd̄ dic vt d̄ p̄ſcp̄. c. j. li. vj.
l ¶ Sedis apl̄ice. hoc di‑cū q: licȝ epi poſſint ali‑q̄ ep̄alia iura remittere vel ꝯferre: nō tñ p̄nt a ſe correctōeȝ ⁊ viſitatōeȝ de q̄ hic loq̄mur abdicare: de hoc de cēſi. cū venera‑bilis: d̄ rei. do. ꝯſtitut⁹.
m ¶ Indebite. ad hec re‑cupanda admitut̄ quili‑bet d̄ loco: quod dic vt d̄ re. ec. nō alie. ſi quis.
n ¶ Facultates. q: ſp in ſumptib⁹ ⁊ ꝓcurationib⁹ habenda eſt ratio: de vi. ⁊ ho. cle. q̄m: de cenſi. ſopite: cū ſuis ꝯcor.
o ¶ In quos. ſ. in reformando ⁊ complendo: vt dictū eſt.
p ¶ Negligentiā. hoc patebit ex facto notorio: de cenſi. romana. §. no‑toria. vel ꝑ aſſignatōeȝ termini ad hoc p̄fixi et elapſi: fa. ī. ti. ꝓxi. c. j.
q ¶ Iniūgimus. non dicit p̄mittimus. ꝑ hoc p̄ȝ q̄ ordinarij ad hoc te‑nentur ex p̄cepto: ⁊ fa. quod dixi s̄. ti. ꝓxi. c. iij. p⁹ p̄n. ſup v. debeāt.
r ¶ Priuilegiatos. de priuile. quoniam. ⁊. c. cum capella. eo. ti. volen‑tes. li. vj. §. in eos.
ſ ¶ Apoſtolica. ꝯcor. s̄. e. ꝯpil'. d̄ ſup. neg. p̄la. c. vno: ⁊ ibi ꝯcor. d̄ hoc.
t ¶ Cenſuram. de v. ſig. querenti.
u ¶ Remedijs. inuocādo ſi expedierit brachiuȝ ſeculare: de off. or. c. j. ⁊. c. quoniam.
x ¶ Ad aliam. ſic s̄. ti. j. c. ij.
y ¶ Secularib⁹. de religioſis dubitat̄ an hoſpitalib⁹ p̄fici poſſint. ⁊ d̄ le‑proſarijs iam vidi obtentuȝ q̄ eis p̄fici poterāt ꝑ illud qd̄ no. inno. de ec. edi. cum dicat. vbi dicit collegiū leproſoꝝ religioſuȝ ⁊ licitū ⁊ a iure approbatū: ⁊ ꝑ. c. quidā. xviij. q. ij. archi. ibi ꝯ dicens: q̄ ipſuȝ. c. qui‑dam: loquit̄ de triplici genere locoꝝ ⁊ pſonaꝝ. Uñ qd̄ ibi de monachis dicit̄ nō hoſpitalia ſȝ martyria ⁊ monaſteria reſpicit. ſit ratio: q: q̄ mo‑nachus extra monaſteriū intitulet̄ nō eſt p̄miſſuȝ: niſi ꝓpter curaȝ ani‑maꝝ: de regu. ſup eo. vbi ſ̄ regimen hoſpitalis caret cura: qui dicit reli‑gioſum illi p̄fici poſſe oſtendat illis exp̄ſſuȝ. Nec eſt etiam veꝝ qd̄ dicit inno. collegiū leproſoꝝ religioſuȝ: vt ibi etiā ſcripſi. ⁊ fa. qd̄ no. de ex‑

ceſ. p̄la. nimis. ij. in. iij. glo. de laicis aūt fatemur ꝑ pre. c. quidam q̄ p̄fici poſſint: etiam ſi habeat rector curaȝ paupeꝝ vel familie extra poteſtatē clauiū. talem em̄ curā hȝ ⁊ pater ⁊ dn̄s ſup familiaȝ. Iſta ergo non impediet laicū p̄fici: fa. de ſen. excō. canonica. ⁊ qd̄ ibi de xi. Nec ſufficeret ad p̄ficiendū monachū talis cura: niſi ex poteſtate clauiū curam habeat: de hoc de offi. archi. cū ſatis: de pe. ⁊ re. oīs. In prima tamen edi‑tione huius ꝯcilij hoc fuerat ꝓhibitum ne la‑icis habēntib⁹ filios vl̄ vxorē: ex qua poſſent veriſimiliter filios ꝓ‑creare talia loca cōfer‑rent: quod poſtea fuit ſublatum.
z ¶ Beneficium. con‑cor. s̄. e. compil. de p̄‑ben. per litteras. ⁊ v‑de quod ibi dixi i glo. Unde nec et quod ſtatim dicam ſuper. v. cōmu‑tatur.
a ¶ Reprobamus. cō‑cor. s̄. ea. compil. de e‑ta. ⁊ quali. vt hi qui cum ſuis concor. Si autem expreſſe non re‑probaſſet conſuetudi‑nem: puto q̄ duraſſet ſicut ſtatutum de quo ſequitur: de conſti. c. j. libro. vj.
b ¶ Electioneȝ. per ſu‑periorem confirman‑dam.
c ¶ Cōmittatur. ſi i‑telligeret̄ ad temp⁹. ſ. q̄diu placuerit com‑mittenti tunc eſſȝ litte‑ra illa clarior: que ſci‑licet ꝓhibuit illa ī be‑neficiuȝ concedi: quaſi diceret beneficia de ſui natura ſunt perpetua. lv. di. p̄cepta. iſte vō erit temporalis ad in‑ſtar tutorum ⁊ curato‑ruȝ de quib⁹ ſequit̄: et p̄ſidentiuȝ ciuitati ro‑mane: de quib⁹ de elec. fundamēta. li. vj. vel alijs ciuitatib⁹ vl̄ vni‑uerſitatib⁹: de q̄b⁹ ſa‑tis ſcp̄ſi poſt oſti. de iudi. c. ſi. fa. ad hoc s̄. e. ꝯpil. de ſup. neg. p̄la. c. vno. in p̄n. ibi ꝯmittere. ⁊ qd̄ ibi dixi. ꝯſuetudo nō recipit hāc lectu‑raȝ: imo ita hodie ſic oliȝ inſtituūtur ꝑpetui rectores ī locis talib⁹: et facit lr̄a regere q̄ ſequit̄. declarāda eſſȝ ī hoc mens hui⁹ lr̄e.
d ¶ Ualeant. cuȝ effectu: s̄. de cle. nō reſi. c. iij. ⁊. iiij.
e ¶ Tutoꝝ ⁊ curatoꝝ. iurāt em̄ iſti facere vtilia pupillis vl̄ adultis quibus deputant̄: ⁊ p̄termittere inutilia ipſoꝝ: etiā res ⁊ pſonas ad cōmoduȝ ⁊ vtilitatē eoꝝ bona fide cuſtodire ⁊ ſaluare: inuētariū de rebus eoꝝ facere: ⁊ adminiſtratōis ſue ratōem tpe debito reddere cū reſiduoꝝ reſignatōe: eo ſaluo q̄ ſemper vti valeant veritate. qd̄ vi‑de in ſpe. de tuto. in prima colum. ⁊ probat̄. C. de epi. au. l. de crea‑tionibus. C. de cura. fur. l. ſi. cum ſi. tutor autem datur pupillo: cu‑rator adoleſcenti. ⁊ interduȝ maiori furioſo vel prodigo vel his ſimi‑libus. datur etiam bonis ⁊ ad cauſas et lites: de quibus oībus in ſpe. de curatore.
f ¶ Iuramentū. ꝯcor. ī. de here. c. j. §. porro.
g ¶ Preſtare. no. q: de ſatiſdatōe nil dicit: ad quā tñ tutores ⁊ cura‑tores tenent̄: niſi ſint teſtamentarij vel ex inquiſitōne dati. C. de tu‑to. qui non ſatiſdent. l. in dubium. et. l. non omniuȝ: de cura. fu. l. ſi. inſti. de ſatiſ. tuto. in princi. ⁊ ſic ſoli legittimi ⁊ ſine inquiſitōne dati ſatiſdant. ⁊ ibi de hoc. ⁊ in ſpe. de tu. §. ſi aūt. v. hoꝝ. Cuȝ aūt iſti rectores ex inquiſitōne dent̄: merito ſatiſdatōe non onerant̄: fa. C. de epi. ⁊ cle. orphanotrophos. in p̄n. niſi ꝓpter vxorem ⁊ filios.

ipſorum bonis inuentaria cō-
ficere ⁊ ordinarijs ſeu alijs q̄-
bus ſubſunt loca huiuſmōi vł
deputandis ab eis ānis ſingul'
de adminiſtratiōe ſua teneant̄
reddere ratōnem: quod ſi ſecꝰ
a quoq̄ fuerit attēptatū: col-
lationem ꝓuiſionem ſeu ordi
nationem ipſam carere decer-
nimꝰ omni robore firmitatis.

Premiſſa vō ad hoſpitalia
militariū ordinū aut religio-
ſoꝝ etiam aliorū extēdi mīme
volumus: quoꝝ tamen hoſpi-
taliū rectoribus in ſancte obe
dientie virtute mandamꝰ: vt
in illis ſm̄ ſuorū ordinū inſti-
tuta ⁊ antiquas obſeruantias
ꝓuidere pauperibus ⁊ hoſpi-
talitatē debitam ī illis tenere
procurent: ad quod ꝑ ſupiores
coꝝ arta diſtrictōne cogātur:
ſtatutis aūt ꝯſuetudinibꝫ qui
buſlibet nō obſtātibꝫ ī p̄miſſis

Ceteꝝ noſtre intentiōis exi-
ſtit qȯ ſiqua ſint hoſpitalia al
tare vł altaria ⁊ cimiteriū ab
antiquo habētia et p̄ſbyteros
celebrantes ⁊ ſacramenta ec-
cleſiaſtica pauperibus mini-
ſtrātes: ſeu ſi parochiales re-
ctores ꝯſueuerint in illis exer
cere p̄miſſa: ātiqua cōſuetudo
ſeruet̄ quo ad exercenda ⁊ mi
niſtrāda ſpiritualia ſup̄dicta.

Clemens. v. in ꝯci. vienēſi.

## De iurepatronatus. Rubrica

Ut conſtitutō que
ad eccleſiā aliquā
q̄uis etiā ad exē-
ptoꝝ p̄ſentatōnē
admitti: ꝯſuetudine n̄ obſtāte
ꝯtraria ꝓhibet: niſi p̄ſentato
de ꝓuentibꝫ eiuſdē eccleſie tal'
coram dioceſano portio fuerit
aſſignata vnde iura poſſit epi
ſcopalia ſoluere: ⁊ ſuſtentatōē
hr̄e ꝯgruā ſicut expedit: obſer
uet̄: ipſam declarare: ac ei q̄dā
adijcere ꝯſulta huiuſmōi ſacri
concilij approbatōne ꝓuidimꝰ
dioceſanis ſub obteſtatōe diui
iudicij diſtrictiꝰ inhibētes: ne

ſuſpectus eſſet. xviij. di. de ſyracuſane. ſed tali ſuſpecto cōmitti non debet vt ſ.

h Bonis mobilibus ⁊ imobilibus. de teſta. relatum. ij. ff. ꝺ ver. ſig. bonorum.

i Inuentaria. que al's reptoria dicūtur. ff. de admi. tu. tutor qui reptoriū. ⁊ ad hoc tutores et curatores tenent̄. C. de admi. tu. l. tutores. ij. de cura. fur. l. fi. et formas diuerſoꝝ inuentariorū. vide in ſpe. de inſtru. edi. §. fi. ⁊ de his ibi. v. ſunt etiā.

k Annis ſingulis. ꝑ hanc lr̄am videt̄ ꝙ etiā non petitā teneat̄ offerre. al's ſi terminꝰ ſtatutus nō eēt. pone exemplū ſ. e. ꝯpit'. de teſt. c. vno. ſans videret̄ ſufficere ꝙ hoc faceret cū requiſitꝰ eſſet. de iureiu. c. breui. fa. qȯ no. ꝺ elec. cupiētes §. ſi vo. in. v. glo.

l Reddere ratione. ꝯ. C. ꝺ epi. ⁊ cleri. orphanotrophos. in fi. ⁊ aut. ꝺ eccle. ti. §. pe. coll'. ix. vbi dr̄: tales ad rōnē reddendā nō teneri. So. illud correctū ꝑ aut. poſteriorē de ſan. epiſ. §. economos. coll'. ix. ita ibi ſoluit glo. tu dic verꝰ p̄mas leges non correctas: ſ; loquūt̄ ꝺ rōne reddēda orphanis vł paupibꝫ ad quā iſti n̄ tenet̄: quod ſonat ibi tex. dicēs: ꝙ nō ſubiacent tutellaribꝫ vł curatorijs rōnibꝫ. §. economos: loq̄t̄ expſſe de rōne reddenda epō ad quā tenent̄. vt ibi ⁊ h̄ ſ; hoc hic addit̄ ꝙ ſingulis annis ad hoc teneant̄.

m Attemptatū. ſc; q; cōferunt̄ in beneficiū ſecularibꝫ clericis vel ꝑſonis nō talibꝫ vt dictū eſt ſ.

n Premiſſa. ſc; de ſupplerōe ordinarioꝝ etiā quo ad exēpta ꝙ nō ꝯferant̄ in bn̄ficiū de iuramento: īuentario: ⁊ rōne reddenda.

o Militariū. vt ſancti Jo. hieroſo. ſancte marie theuthonicorum calaſtrenſiū ⁊ ſimiliū.

p Alioꝝ. ſunt quedā religiones ſup hoſpitalitate fundate vt cruciferoꝝ. vel dato ꝙ nō ſint ad hoc fundate: hn̄t tn̄ hoſpitalia.

q Ceteꝝ. quarta pars.

r Altare. talia hoſpitalia cū eccleſia ł altari cimiterio vł alio iure parochiali vł que al's ſint ꝑpetua ⁊ religioſa erigi nō p̄nt ſine auc̄te dioceſani: al's tn̄ quilibet domū ſuā vel p̄tē domus ad hoſpitalitatē pauperꝝ diſponere poſſet: ſ; tūc penitere poſſet. ⁊ vide qȯ dixi. eo. ti. ad hoc. ſup. j. glo. ⁊ qȯ nō. oſti. ī ſum. de regula. §. j. v. qd de ruſticis. ex quo aūt hoſpitale eſt locus religioſus ⁊ auc̄te epi deputatus hn̄ poſſunt talia ſibi accedere: ſ. e. ꝯpi. de p̄ben. ꝑ lr̄as.

ſ Parochiales. ſc; in quoꝝ parochijs ꝯſtructa ſunt hoſpitalia: ꝓ quibꝫ facit ius coē: de p̄ſcrip. ex trāſmiſſa. ⁊ de reſti. ſpo. ad decias. li. vj. ſtat̄ tn̄ ꝯſuetudini. Lic; ergo hoſpitale ⁊ ipſius familia ⁊ pauperes ibi degētes ſint de parochia matricis eccleſie: potuit tn̄ p̄ſcribē hoſpitale: ꝙ ꝑ ꝓpriū ſacerdotē illis ſpūalia miniſtrent̄.

t Supradicta. ꝯcor. xxiij. q. j. pudenda. de elec. nihil eſt. in fine. ⁊ facit. j. de ꝑui. c. j. in fi.

u Ut conſtitutō. In p̄ma exordiū in quo expedientiam obſeruantie antiqui iuris ꝓ ꝯſtōnis cauſa ponit. In ſecunda cōſtō: ibi dioceſanis que tria facit. Primo ꝓuidet circa aſſignatōnem partis ꝓuentuū eccleſiaꝝ faciendā p̄latis vł vicarijs ipſaꝝ ꝑ patronos eccleſiaſticos qui nō ſolēt ipſaꝝ onera ſupportare. Secūdo ibi: ſane circa illos patronos qui ſolēt ſupportare predicta. Tercio ibi: ad que circa executōē ꝯſtōnis dat poteſtatē dioceſanus ⁊ tollit obſtantia: determinat opiniones ꝺ q̄bus dicā ſup v̄bo deuoluat̄. ⁊ hic vt ponit̄ cauſatiue: ſic de ap. vt debitus. vbi dixi.

x Conſtitutō. clementis. iiij. de p̄ben. c. j. li. vj. q̄ ſupplet ꝯſtōē alex. c. ti. de monachis: circa exemptos ⁊ ꝯſuetudinē reprobandā de q̄ ſeq̄t̄.

y Non ob. ꝯcor. de p̄ben. extirpande.

z Habere. ⁊ reliq̄ incūbentia onera ſupportare vt ī p̄dictis iuribꝫ.

a Expedit. eccl'iaꝝ vtilitati ⁊ aiaꝝ ſaluti vt ibi

b Declarare. hoc fa. j §. ſane.

c Adijce. adijcit circa formā inhibitōnis. Itē de termino ſtatuendo: de p̄ſentato inſtituendo: de aſſignatōe poſt terminū ꝑ ordinariū facienda. ⁊ illud qȯ habet̄ in fi.

d Dioceſanis. quid ꝺ inferioribꝫ ad q̄s ſpectat inſtitutō: qȯ pōt eſſe: de of. dele. ſup eo. de cle. pe. c. fi. de p̄ben. referente. ſ. e. ꝯpi. de p̄ben. ſi de bn̄ficio? So. intētū ponit hec decre. ius noui ī ill' nō h; locū. al's ſimpliciē dixiſſet ordinarijs. ſic ſ. e. ꝯpi. de ſequeſtra. poſ. ca. vnico. de teſta. c. j. de ſta. regu. c. ij. ſ. ti. ꝓxi. c. ij. poſt p̄n. j. de p̄n. c. j. de pe. ⁊ re. c. j. ⁊ tūc tales ꝯprehenderet: de of. or. ordinarij. ī p̄n. li. vj. ⁊ qȯ ibi nō. Nec poteſt negari q̄n ſerioſe dioceſanos exp̄mat: cū hoc ſit h̄ tonēs repentū. nec miꝝ q; decre. de monachis. ⁊ decre. j. li. vj. ꝺ preben. de dioceſanis etiā expſſe loquunt̄. ſic ſ. e. ꝯpi. de ſup. ne. p̄la. c. vno. ꝺ ſo. cōpe. q̄uis. §. volumus de vi. ⁊ ho. cle. c. j. ī p̄n. ⁊ qȯ ibi dixi. inferior q̄ p̄latus bn̄s inſtituere ad dioceſanū recurret vt terminū ſtatuat ad aſſignatōē. fa. p̄n. huꝰ. c. que ſi nō fiat ꝑ inferiorē ad quē ſpectat: admittet̄ inſtituꝰ. ⁊ ꝑ dioceſanos fiet aſſignatō ⁊ reliqua h̄ expreſſa. ⁊ eſt ſi. qȯ de lr̄is cōmēdaticijs ſcripſi in pre. decre. fi. de cle. pe. ſup vlt. glo.

e Inhibentes. hic addit fortiorē exp̄ſſionē inhibitiōis. ſcripſerat eīn alexander dioceſano ꝙ ꝓuideret ꝙ nullū ⁊c̄. Clemēs. iiij. ſtatuerat ⁊ mādauerat ꝯſtōē inuiolabilit̄ obſeruari. hic clemēs. v. inhibet diſtricte ſub obteſtatōne ⁊c̄. S; quero qd ſi ꝯ hāc inhibitōē dioceſanꝰ admittit p̄ſentatū aſſignatōe nō facta? vr̄ ꝙ valeat: de p̄ben. dilectꝰ. ij. de cōceſ. p̄ben. ſi ſoli. ī p̄n. ⁊ fa. qȯ nō. de of. or. romana. ad fi. li. vj. ⁊ e. lib. de imu. ec. decet. ad fi. ex quo nō apponit̄ decretū vt ibi. ⁊ fa. ꝺ deſpō. ipu. ad diſſoluendū. in fi. Item cū hec p̄ncipaliter fauorē epi ⁊ inſtituendi reſpiciāt vt ſ. ī p̄n. poſſunt ſuo renūciare fauori: de regu. ad apl'icam. C. de legibꝫ: ꝙ fauore. ⁊ fa. ff. de no. ope. l. j. §. ⁊ poſt operis. ꝯ: de elec. ꝓuida. li. vj. vbi nō valet ꝯfirmatō facta illa inq̄ſitōe omiſſa q̄ p̄mitti debeat: ita nec h̄ valeat non p̄miſſa hac aſſignatōe: ad idē. e. ti. c. fi. vbi omiſſio citatōis viciat ꝯfirmatōē. Item ꝯ hoc. e. ti. cū dilectꝰ. vbi non valet collatō poſt inhibitōē legati. Ad idem. p̄. decre. ſi ſoli. v. aut. vbi inhibitō executoris ad ꝯpellēdū afficit etiā ſine decreto. Nā plus opat̄ expſſa inhibitō q̄ mandatū vt ibi p;. ⁊ ſic rn̄det̄ ad p̄n. ipſius decre. ⁊ decre. dilectus: in ꝯtrariū allegatas. Itē nō ob. ꝙ h̄ non apponit̄ decretū q; ſufficit legiſlatorē aliqd ꝓhibuiſſe ⁊c̄. C. de leg. n̄ dubiū: de re. iur. que ꝯ. li. vj. cū ꝯcor. Nec eſt veꝝ ꝙ h̄ verſet̄ ſolū fauor inſtituentis et inſtituti: imo v̄ſat̄ fauore eccleſiaꝝ ⁊ ſalus aiaꝝ: vt p; ī decre. j. ꝺ p̄bē. ⁊ ſic renūciare n̄ potuerūt. fa. qȯ dixi pꝰ inno. oſti. ⁊ cōpoſt. ꝺ reſcrip. cū dilecta. ſup. iiij. glo. ꝑ hoc vr̄ ꝙ inſtō vel ꝯfirmatō nō valeat. puto ꝙ cū dioceſanꝰ nō recipiat ptātem ꝯfirmandi ab hac ꝯſtōne: ſ; det ꝯſtō iuriſdictōē hn̄ti certū modū ſine decreto: ꝙ ꝯfirmatō ꝯ hāc inhibitōnē facta valeat. ⁊ ꝙ hoc ſit de mente: colligo ꝑ v̄bū p̄cedēs ſub obteſtatōe ⁊c̄. Fateor tn̄ ꝙ puīmēdus eſt faciēs: vt ī decre. ſi ſoli: cū ꝯcor. fa. j. de iurō. c. vno. Ad decre. ꝓuida: rn̄deo ꝙ ibi ordinarꝰ recupat iuriſdictōē

p̄ſentatū aliquem p quācunq̧ pſonā eccleſiaſticā ius p̄ntādi ad eccleſiā aliquā h̄ntē admit tant: niſi infra certū terminū cōpetentē p dioceſanos ipſos p̄ntantib⁹ p̄figēdū: ipi p̄ntato fuerit corā eis vt p̄ſcribit cō grua de ꝓuētib⁹ eccleſie portō aſſignata: quaꝫ ſi forſan idem p̄ntantes infra terminū ipſuꝫ aſſignare neglexerit: ne factū coꝝ noceat p̄ntato. ſtatuimus vt extunc dioceſani debeant p̄ſentatū: niſi aliud canonicū obſiſtat admittere: ⁊ in penaꝫ p̄ſentātiū ad dioceſanos ipos ptās aſſignatōis hmōi deuol uat. ¶ Precipim⁹ autē dioce ſanis eiſdē ſub ipi⁹ obteſtatōe diui iudicij: ipſorūq̧ ꝯſciētias oneramus: ꝙ moderatōꝫ por tionis ipſi⁹ debite faciant: nec odio vł fauore vł al's ī pluri ł minori circa illā ſcient excedāt ¶ Sane in poratuū vł alioꝝ tam regulariuꝫ ꝙ̄ ſecularium

locoꝝ eccleſijs ī quib⁹ religioſi vel alij ad quos eoꝝ redditus ptinere noſcunt̄: p̄dicta ꝯſue uerunt onera ſupportare: pre miſſa nullaten⁹ obſeruent̄. ſꝫ onera oīa que eccleſiaꝝ ipſaꝝ ppetuis p̄ſbytis aut vicarijs incūberēt: ſi dicta eis aſſigna tio facta eēt: religioſi ⁊ alij ſu p̄dicti plene ſubire: ac p̄ſbyte ros ſeu vicarios ipſos decēter tractare: necnō ſuſtentatōneꝫ eis p̄ſtare ſufficientē ⁊ ꝯgruaꝫ teneant̄. ¶ Ad q̄ oīa integralit̄ adimplenda: ⁊ nihilomin⁹ ad obſeruatōꝫ debitā aſſignatōis per dioceſanuꝫ in caſu alio vt premittit̄ faciende: religioſos p̄dictos ⁊ alios quoſlibꝫ a di oceſanis eiſdē eccleſiaſtica vo lum⁹ cēſura ꝯpelli: nō obſtan tib⁹ exēptionib⁹ aut alijs qui buſlibet p̄uilegijs ꝯſuetudini bus ł ſtatutis: q̄ circa p̄miſſa vł coꝝ aliq̄ religioſis ipis aut alijs ī nllo volum⁹ ſuffragari.

p ꝯſtōnem greg. Quis. e. ti. ſed modificatam. ſi ergo modū non ſeruet deficit iuriſdictō: fa. ff. de trāſac. cū hi. §. ſi p̄tor. ⁊ de re. eo. qui ſub tu. vel cu. l. magis. §. ſi es alienū. Ad decre. vi. e. ti. dico ꝙ ex vi decreti ñ valet ibi ꝯfirmatō: q̄ al's valuiſſet ī decre. cū dilect⁹. ⁊ decre. ſi ſoli. v. aut. erat ius alteri acquiſitū p q̄ ſcribebat̄. Lex nō dubiū loq̄t̄ ī his q̄ h̄nt ppetuā ꝓhibitōis cām: vt no. de ſpō. duoꝝ ma. q̄ hic ceſſat. Maꝫ ēt p⁹ inſtōꝫ aſſignatō fieri pōt vt ſeq̄t̄. ⁊ ad h⁹ adde qō dixi s̄. e. ꝯpi. de ſeq̄ſ. poſ. c. vno. v. aqua.

f ¶ Preſentatū. inſtitu endū ad regimē eccleſie vel curā ꝑp̄ri.

g ¶ Jus p̄ntādi. ñ nudū ſꝫ vna cū dn̄io tp̄alū. vt j. §. ſane. al's non fieret aſſignatio iſta: q̄ rector totū haberet: ſup q̄ vide qō ſcripſi de p̄bē. de mo nachis. ſup ſi. vlt. glo.

h ¶ Competētē. d elec. c. j. de ap. cū ſit.

i ¶ Corā. vide qō ſuper hac dictōne no. d elec. vt circa. li. vj.

k ¶ Ipſum. a dioceſano ſtatutum.

l ¶ Noceat. facit de elec. publicato. ⁊ ad ea q̄ ibi ſcripſi ī. x. q.

m ¶ Extūc. i. lapſo t̄mīo ⁊ extremū tp̄s deſig̃t. ff. de ꝯdi. ⁊ demō. l. iiij. ī ſi.

n ¶ Et in penā. nō dicit ⁊ p⁹ea ī penā. nec s̄ ꝓxi. dixit p̄us debeāt. per qō dico ꝙ dūmō lapſus ſit termin⁹ ñ attento ordine h⁹ lr̄e ſicut aſſignatō pa tronoꝝ p̄cedit inſtiōꝫ: ſic ⁊ dioceſani p̄us poterūt aſſignare ⁊ poſtmodum inſtituere: faciūt nō. de reſcrip. cū dilecta. ī. iiij. glo. ⁊ ſic illud extūc qō p̄cedit determinat vbū debeāt: ⁊ vbū deuoluat̄. Sꝫ ī quo eſt hec pena: cum nil videat̄ referre: an p ipſos an p ep̄m hoc fiat: exquo modus ñ excedit̄? Do. aſſignabit forte ep̄s tale prediū qō ſibi tenere voluiſſet. p̄diuo ergo electōis eſt hic pena. fa. de p̄ben. ſi pluri⁹. ī ſi. li. vj. ff. de lega. ij. ſta. liber. §. ſtichū. ⁊ eſt ſi. de ſup. ne. pla. c. vno. e. ꝯpi.

o ¶ Deuoluat̄. tan. goſ. inno. ⁊ oſti. dicebant de p̄bē. de monachis. ꝙ ſi monachi aſſignare nollent hāc portōnem: ep̄s elapſis ſex menſibus ordinaret eccleſiā: p decre. ſicut: de ſup. neg. p̄la. ſꝫ archi. in decre. j. de p̄ben. li. vj. dicit decre. ſic loq̄t̄ in defectu p̄ſentatī nō ī defectu ꝓuētuū quare dixit ep̄m hoc caſu non poſſe eccleſiā ordinare: ſꝫ coget illos ad aſſignatōꝫ faciendā. hodie melius ꝓuiſum eſt p hāc lr̄am.

p ¶ Exneramus. ꝯcor. s̄. de vo. c. ſi. vbi ꝯcor. de hoc s̄. ti. ꝓxi. c. vlt. §. vt aūt. ī ſi. j. de here. c. j. poſt p̄n. ⁊ p hanc lr̄am ⁊ ea q̄ nō. de reſcrip. ſtatutū. §. aſſeſſorē. li. vj. videt̄ ꝙ p patronos vł p̄ſbyteros nō poſſit ep̄o q̄ſtō ꝯferri. ⁊ ꝙ ſi appellarēt patroni dicētes ꝙ exceſſit vł p̄ſbyter dicēs ꝙ portio nō ſufficit: ep̄us nō deferret. Fateor tñ ꝙ ſupior ad quē appellatū eſt emēdaret qō male factū eſſet: s̄. de ap. paſtoralis. in prin. Idem puto cū añ lapſum termini: eſt ꝯtentō inter patronos: qui dicūt portōꝫ antiquā vł auctā p ipſos ſufficere ⁊ ep̄m hoc negantem.

q ¶ Moderatōnē. i. moderatā taxatōꝫ. hoc dico q̄ moderatōis vbum diminutōꝫ ſapit. d v. ſig. c. ſi. ⁊ ē hunc ſi. de elec. cupiētes. p⁹ p̄n. li. vj.

r ¶ Odio vel fauore. p̄ſentati vel p̄ſentantiū.

ſ ¶ Vel al's. puta p̄tio vel timore. xj. q. iij. quatuor. de re iudi. cum eterni. li. vj. j. de here. c. j.

t ¶ Vel minori. ꝯcor. de offi. ord. c. j. ⁊ qō ibi no. ī. iij. glo.

u ¶ Sane. hic declarat pre. omnia: vt. j. dicam.

x ¶ Obſeruent̄. exquo eīn p̄ſentati ⁊ inſtituti non ſuſtinēt onera: ſed ꝓcuratiōꝫ cathedraticū ⁊ alia iura ep̄alia ⁊ hoſpitalitatis onera ⁊ his ſiłia ſubeūt patroni nō fiet aſſignatō p̄dicta eē ꝓ ſuſtentatōne rectoris vt ſequit̄. Si ergo aliq̄ onera puta ꝓcuratōnū ſubeūt patroni: reliq̄ ſubit p̄ſbyter: videt̄ ꝙ aſſignatō fieri debeat ſufficiēs ꝓ his oneribus tm̄ que ſubit p̄ſbyter: fa. de p̄ſcrip. accedentes: de ſta. mo. ī ſingulis. de deci. tua. ij. puto eīn hoc eſſe de mente hoꝝ iurium. ꝙ aut omnia ſubeāt patroni aut oīa p̄ſbyter. fa. de ꝯſe. di. ij. cōperimus. ff. de admi. tu. cum querit̄. Nā particularis exactō multa hꝫ incōmoda. ff. fa. her. l. plane. facit. ff. de exerci. ac. l. ij. s̄. de cenſi. ñ inſtantia. ⁊ hoc ꝓbat ſequēs littera. Jo. an.

y ¶ Perpetuis. de c ap. mo. c. vno. li. vj.

z ¶ Vicarijs. repete ppetuis. de offi. vica. ad hec.

a ¶ Subire. teneant̄ qō ſequit̄.

b ¶ Decenter. hoc re ſpicit honeſtatem: de vo. magne. honeſte ꝫ locabuntur in ſede. de excel. p̄la. c. j. d ma. ⁊ obe. ſolite. ⁊ honora bit̄ in eis ſacerdotale officiū. de here. cuꝫ ex iniūcto. v. licet aut̄ xcv. di. eſto.

c ¶ Preſtare. hic pꝫ ꝙ etiam ꝓ ſuſtentatōne rectoris non fiet aſſi gnatio.

d ¶ Sufficientē. vide quod nō. xxj. q. j. c. j de reſcrip. cum adeo. in glo. ij.

e ¶ Ad obſeruatōnē. nō poterūt ergo tollē vel minuere portionē p ep̄m aſſignatā. fa. d p̄ben. auaricie.

f ¶ Alio. cuꝫ. ſ. rector vel vicarius ſuſtinet onera: ⁊ infra tēpus p dioceſanū ſtatutum aſſignatō p patronos facta non fuit.

g ¶ Conſuetudinib⁹. concor. vide s̄. e. ꝯpi. de eta. ⁊ qua. vt bi q̄. ad finem.

h ¶ Premiſſa. ī alijs ergo nō ledunt̄ p̄uilegia: ſic s̄. ti. j. c. vl. v. nullo.

i P Lures. ſe ſummat tria dicens. ⁊ partes patent. quarum prima determinat nō. xvj. q. vj. pie mentis. plenius. e. q. ſi p̄ſes. et. e. ti. c. j. p que paꝫ hic reprobari opinionē que placere videbat̄ ala. hug. lau. Jo. tan. vin. ber. ⁊ goſ. q̄ mihi etiā pla cebat. ⁊ approbat̄ opi. inno. ⁊ oſti. dicentiū in p̄. c. j. ꝙ ī iurepatro natus ſucceſſio fit p ſtirpes nō p capita: cum hoc eſſe debeat ī linea deſcendentiu. inſti. de here. que ab inteſ. defe. §. ⁊ q̄ placuit. vt ſic p̄ſes vni ſuccedentes loco vnius habeant̄. ff. de ꝯdi. ⁊ demō. cū fund⁹. ⁊ dicebat inno. hāc equitatē p̄ferendam ſubtilitati ꝯtrarie. ff. ad. l. aqui. ita vulneratus. in ſi. ff. de inſti. l. j. his ꝯcor. roſ. bñuen. in li bello ſuo. e. ti. §. nunc de vltimo. Primi ꝫ. Ad qō inducebat vin. ꝙ patroni veniūt ad ſucceſſionē liberti p capita non p ſtirpes. inſti. de ſucceſ. liber. §. ſꝫ noſtra. al's incipit multis. fa. ad hoc: q̄ ſtipulatō nes indiuidue nō diuidunt̄ inter heredes. ff. de v. ob. l. ij. ⁊ l. eadē §. Cato. ⁊ l. ſtipulatōnes. nō diuidunt̄. Archi. in pre. c. ſi plures. ꝯcordare voluit opiniones dicens opi. inno. eſſe veram in his q̄ ex diuerſis cauſis ſunt patroni. ⁊ ita ponebat roſ. vt ſi vnus ex fundo alter ex dote. Oēs eīn ex altero deſcendentes loco vnius habent̄. qñ vo vnicus fuit patron⁹ tūc locū habeat opinio cōtraria vt ſic inſpi ciamus initiū. Sed lꝫ hoc aliquātulū mulceat aures tñ nec videt̄ hec decre. obſtare que ponit plures patronos ⁊ vnū ex pluribus non vnū ſolum: tñ nō video rōneꝫ quare aliud in duobus patronis ex diuerſa cauſa ꝙ̄ ex eadem: vt ſi duo dederint dotem. Itē nec video quare magis inſpiciam⁹ ſtirpē p̄mo gradu ꝙ̄ ſecūdo vł vlteriorib⁹ cum igit̄ in hoc oēs cōcordent ꝙ hoc ius eſt ſimplex ⁊ indiuiſibile. Item cōcordent ꝙ in heredes ex inequalib⁹ partib⁹ equaliter trāſit licꝫ forſan vt dicebat inno. pinguior ſit vox illius: qui plus habꝫ in hereditate. Item cum oēs cōcordent eum qui aliquid in dote poſuit ita patronū eſſe ſicut eum qui plus poſuit: ⁊ de his omnib⁹ ſcripſi e. ti. c. j. Mihi placebat opinio hic reprobata. que licꝫ in parte habe ret ꝯtrariam equitatem: tamen expediens mihi videbat̄ eccleſijs. vt ſicut patronis p capita debetur ius ꝓceſſionis ius alimentoꝝ ⁊ ius defenſionis ita p capita debeat̄ ius p̄ſentatōnis. ſcꝫ vt quot ſunt ca

pita patronoꝝ: tot ſint ſuffragia vocum ⁊ nō plura. ad hoc fa. e. ti. c. iij. quod loquitᷣ etiam de heredibus fundatoꝝ in plurali ⁊ tñ dicit ꝓficiendū illum qui plurimoꝝ approbatᷣ aſſenſu. Et nō plura dixi: vt ſcꝫ ſi patronus ſit heres cōpatroni ſolum vnam vocem habeat: cuius contrarium innuit hec lr̃a: vt ſcꝫ ſi ſit ꝺ heredib⁹ triū patronoꝝ in tribus vocib⁹ ptem habeat: vel ſi ſol⁹ eſſet heres trium hēat tres voces: facit ꝺ re iudi. cū olim. ⁊ ex opiniōe h̄ approbata timeo ꝙ naſcātᷣ inextricabiles queſtiōes. Pone ꝙ. a. patron⁹: cui⁹ heredes haberi debēt pro vna voce: habuit tres filios: quoꝝ p̄mus. b. nomine habuit duos filios. ſecūdus. c. nomine habuit quatuor. tercius. d. nomine habuit ſex. quo iure iſti omnes habent vnam vocem: eodem iure habent duo filij. b. terciam illius vocis. quatuor filij. c. aliam terciam. ſex filij. d. aliam terciam. Si ergo ad apiendum intellectum dicendoꝝ iſtā vocem reducamus ad vnū as. i. ad duodecim vncias. ⁊ faciamus ꝙ quelibꝫ vncia ī voce ſit bonoñ. groſſus. ⁊ quilibet groſſus valeat duodecim boñ. puos. quelibet ſtirps habebit quatuor vncias. Quid erit ergo ſi vnus ex duobus: tres ex quatuor: duo ex ſex p̄ſentant tciū: ⁊ reliqui ſcilicet vnus ex duobus: vnus ex quatuor ⁊ quatuor ex ſex p̄ſentant ſeyū de numero pſonaruꝫ patet: de vncijs etiam patet: quia p̄ſentatores tcij habent ſex vncias ⁊ quatuor denarios: p̄ſentatores ſeyi habent quinqꝫ vncias ⁊ octo denarios. ſed explica ſtirpem. Itē deſcendēdo ad terciū gradum ſi vnus ex illis duobus filijs. b. habeat vnū ſolū filium qui clericus eſt: alter octo quoꝛꝫ duo etiam ſunt clerici: ille ſolus habebit duas vncias: ⁊ illi octo diuidēt alias duas: ⁊ ſic quilibet ex illis octo habebit tres denarios. Item ſi quilibꝫ ex quatuor filijs. c. habuit filios: p̄mus quatuor: quoꝝ vnus clericus. ſecund⁹ tres quoꝝ duo clerici: tercius duos clericos: quartus vnū. quatuor filij p̄mi hñt vnciam: ⁊ ſic quilibet tres denarios. tres filij ſecūdi vnciam: ⁊ ſic quilibet quatuor denarios. duo filij tercij vnciā aliā: ⁊ ſic quilibet ſex denarios: ⁊ ſolus fili⁹ quarti habet integrā vnciā. Item ſi ex tercia ſtirpe. ſcꝫ ex ſex filijs. d. quilibꝫ habet filios. pone quilibet ex tribus duos ⁊ ſic ſex: quorum vnus ſolus eſt clericus: ⁊ quilibet ex alijs tribus quatuor: ⁊ ſic duodecim: quorū octo ſunt clerici: quilibet ex parentibus habebit octo denarios. quilibet ergo ex duobus filijs primoꝛum triuꝫ habebit quatuor denarios: ⁊ quilibet ex quatuor filijs ſecundorum trium habebit duos denarios. Habemus ergo ſm̄ predicta trigintaſeptem pnepotes ex duodecim nepotibus natis ex trib⁹ filijs patroni. finge ꝙ vacat eccleſia: ⁊ iſti trigintaſeptē diſcordant: viginti laici ex eis p̄ſentant vnū: decē ⁊ ſeptem quos dixi clericos alium: tu qui dicis ꝑ ſtirpes deberi voces patronoꝝ extrica mihi caſum iſtū. quo iure etiā ponderas ſtirpem in p̄mo gradu: eo iure ⁊ in vlterioꝛibus: vt predixi in vncijs bñ pōt explicari: quia pars clericoꝛum habet ſex vncias ⁊ vnum denariū: pars laicoꝛum ſex vncias minus vno denario. Adhuc fortioꝛ intricatio: vbi ponis alium compatronū habuiſſe totidem deſcendentes quoꝛum aliqui concoꝛdant cum clericis p̄dictis: alij cum laicis. Et ſcias ꝙ ſi in predicto computo fuiſſem vltra ternaruꝫ vſus impari numero. vt. v. vij. vel. ix. adhuc fortioꝛ eſſet intricatō. Itē ſi eſt intricatō tanta in pronepotibus: quanto amplioꝛ in filijs pronepotuꝫ vel vlterioꝛibus. quod eſt dicere ſi hec intricatō eſt in tercio gradu: quāto maioꝛ in quarto quinto ⁊ vlterioꝛibus. Item ſi intricatō eſt in caſu ſic explicate ⁊ certitudinaliter poſito: quanto maioꝛ in eo per ꝓbatiōes certificando. ꝓ tanto terreoꝛ de hac approbatiōe. Nec ſic terroꝛ de eo quod ſcripſi poſt inno. ⁊ oſti. de elec. ſcriptum. ſup vbo ꝓpoſiti: vbi dico ꝙ pl'ar⁹ poſſit habere terciā electiōis: capl'm terciā: clerus terciā. qꝛ fateoꝛ vt ibi ſcripſi ꝙ poſſit eſſe intricatō in calculo non tñ tanta vt hic. ⁊ hoc ꝓpter ſucceſſiuas ſtirpes. Dicebat ꝗ goſ. e. ti. c. j. ꝙ ꝯſuetudo ꝑ quam in quibuſdā partibꝫ vt neapoli iuſpatronat⁹ diuiditᷣ: ꝑ vncias poſſet excuſari: vt fiat diuiſio nō reſpectu iuriſpa. quod eſt indiuiſibile: ſꝫ reſpectu poꝛtiōnū ſm̄ quas heredes ſucceſſerūt patrono vni l' pluribꝫ: ⁊ nō reſpectu poꝛtiōnū q̄s ꝯtulerūt edificando vel dotando. ⁊ poteſt eſſe vtilitas harum diuiſionū: vt eccleſia in alendo ⁊ in honoꝛibus magis teneatᷣ ei a quo plus receperit: ſed actus p̄ſentandi cōmunis ſit omnib⁹. Poſſet etiā circa grauificatiōnem que aliquando facienda eſt. e. ti. cum autē. vox illi⁹ preferri qui plus contulit: ⁊ hoc dictū mihi placebat. ſed vt dixi opinio hic approbata pro qua fa. de reſcrip. paſtoꝛalis. in prin. de teſti. licet ex quadam: ibi: non vniqꝫ vno ⁊c. tantō habet equitatem: qꝛ abſurdum erat patronū inſtituendo decem heredes foꝛſan ad hunc finem: vt defraudare poſſet compatronū actu p̄ſentandi. quod eſſet ſi iſti haberent decem voces ⁊ ille vnam. ⁊ qꝛ hoc ita poſſet ꝯingere

Idem.

Plures ab vno ex patronis eccl'ie relicti heredes vocem dūtaxat vni⁹ habebūt in preſentatione rectoris: ⁊ vt facilius prouideatᷣ eccleſijs nō incōueniens reputam⁹ patronos ipſos inter ſe poſſe libere ꝯuēire de rectore ab eis alt'nis vicibꝫ p̄ſentādo: quibꝫ etiā ex eadē cā ꝑmittim⁹: vt pl'es ad vacantē eccleſiā poſſint eo mō

in ſecundo gradu tercio ⁊ vlterioꝛibus: ſicut ī p̄mo nō videtᷣ habere ratiōnem opi. archi. ⁊ ꝓpter hanc fraudem vel iniquitatem multotiēs cogitaueram ꝙ bonum eſſet ſtatuere: ꝙ extantibus deſcendentibus heredibus ſanguinis ex aliquo patronoꝝ: ius iſtud nō poſſet tranſmitti in extraneos. In heredes vo ſanguinis tranſiret per capita etiā quo ad actum preſentatiōis: ⁊ tunc non conquereretᷣ patronus de compatronoꝝ ſed de deo creante: ſi plures deſcendētes p̄ebuit compatrono ꝙ ſibi. Deficientib⁹ vo cōpatronis tunc patronus deſcēdentes non hñs poſſet trāſmittere ī extraneos: quibꝫ etiā ſuccederēt ſoli deſcēdentes ſanguinis ⁊ ꝑ capita. Et foꝛſan non eſſet abſurduꝫ ſtatuere: ꝙ nullo caſu ī extraneos. i. non deſcendentes poſſet tranſmitti: vt ſic facilius liberarētur eccleſie ab hoc iure. fa. de deci. ꝓhibemus. ⁊. c. fi.

k Plures. quotcūqꝫ cum ſit eadem ratio: ſed ad minus duos cōprehendit: de regu. iur. pluralis. li. vj. cum concoꝛ. ⁊ dic plures etiā ſingulares. in collegiatis eñi minus eſt dubium: de his que fi. a p̄ela. ca. ea noſcitur.

l Ab vno. ergo ſecus ſi plures a pluribus: vel vnus a pluribus: vt dixi ī magna glo.

m Eccleſie. habemus patronos libertoꝝ ⁊ patronos cauſaꝝ: de quibꝫ dixi. e. ti. ſup rubrica.

n Relicti. licꝫ vbū relicti ad vim tabulas nō ꝑtineat. ff. de ta. exhi. l. j. ad fi. fa. de fo. compe. cōqueſtus. Idem tamen puto ſi inter viuos transferat vendendo pluribus vniuerſitatem: vel ꝑmutando cum pluribus: vel pluribus donando qui ſunt modi transferendi: vt no. e. ti. cum ſeculum. Donatiōnem tamen nō poſſet facere ꝑuatus ſine ꝯſenſu epi: vt plene ſcripſi. e. ti. illud.

o Heredes. ſui vel extranei: cū nō diſtinguat: de hoc. xvj. q. vij. ꝯſiderandū: ⁊ dixi. e. ti. cum ſeculum.

p Rectoris. ⁊ clerici cum eadem ſit ratō. eſt tamen in hoc opinio an patronus p̄ſentet clericum. tene tamen quod no. e. ti. poſtulaſti.

q Et vt. circa hunc. ꝟ. erat triplex opinio. Prima ꝙ hoc fieri poſſet Secūda ꝙ non poſſet. Tercia ꝙ poſſet de auctoꝛitate epiſcopi al's nō hic reprobatᷣ ſecūda quam tenebat inno. e. ti. c. j. ⁊ tercia quā ipſe idē tenebat. e. ti. querimoniā. ⁊ approbat primā quā tenebat ber. e. ti. c. j. in fi. j. glo. ⁊ aptius ibi tan. qꝺ placebat vin. phi. ⁊ goſ. inducebant. l. ꝗuens. ff. de vſufru. ⁊. ff. de ſeruit. via. in fi. ad idē. ff. cōi diui. l. cōi diuidūdo. §. cū de vſufructu.

r Facilius. optarem hāc rōnem ponderatā fuiſſe ꝺ. ꝑxi. Rñ.

ſ Patronos. omnes: fa. quod no. de elec. quia propter. ꝟ. vl' ſaltem. al's in re cōmuni ⁊c. de regu. iur. in re cōmuni. lib. vj.

t Libere. i. ſine ſupioꝛis auctoꝛitate. ⁊ ſic improbat quod no. inno. in decre. querimoniā. Item dic libere etiam ſi non vacet eccleſia: fa. de dona. cōſultatiōnibus. ꝺ. e. compi. de re. ec. non alie. ſi vna. hoc probat plurale alternis vicibus. certum ē eñi ꝙ vna vice nō cōcurrit duplex vacatō: non ob. de cōceſ. ꝑben. c. fi. quia illud fiebat ī fraudē vacature hoc autem fit ad tollendam diſcoꝛdiam ⁊ ad facilioꝛem ꝓuiſionem eccleſie. ⁊ eadem ratiōe videretᷣ patronos plurū eccleſiaꝝ poſſe inter ſe diuidere. ſ. vt vnus ſit patronus ī vna ⁊ alius ī alia. vt no. vin. e. ti. c. j. ⁊. c. ex inſinuatiōne. Sed ꝯ. ff. famil'. her. l. quedam. ff. de ali. le. l. iij. ff. de iurepa. l. fi. per que patet patronatū libertoꝝ inter patronos diuidi non poſſe: licꝫ alimentoꝝ p̄ſtatiōnes diuidere poſſunt. Sꝫ dici poſſet ꝙ foꝛtius eſt iuſpatronatus libertoꝝ ꝗ eccleſiarum. vnde illud non alienatᷣ: iſtud ſic. illud trāſit ī ſuos etiā nō heredes. ff. ꝺ iurepa. filij. ff. de lib. le. aurelio. §. Lapus. iſtud nō vt ſcripſi poſt inno. e. ti. cum ſeculū. Item vt ibi no. ꝑmutatᷣ patronat⁹ cū patronatu: quare ꝗ pars patronatus vnius eccleſie cum parte quam habet compatron⁹ in alia nō poterit ꝑmutari? vt qꝺ iuris de toto ⁊c. ꝺ of. dele. paſtoral'. §. j. ff. de rei ven. que de tota.

u Alternis vicibus. i. ꝙ vnus p̄ma vice qua occurret vacatō: alter ſecunda: alter tercia. has etiā viciſſitudines q̄nqꝫ ſeruant ſingulares perſone collegioꝝ in collatiōnibus ſpectantibus ad collegia: ꝺ preben. c. vlti. li. vj.

x Quibus etiam. terciū dictū inducens ius nouū ⁊ equiſſimū. qꝺ intelligo de laicis: vt. j. dicam.

y Eadem cauſa. facilioꝛis ꝓuiſionis eccleſiaꝝ.

z Permittim⁹. olim ꝗ non licebat. bñ eñi poterat laicus p̄ſentato vno aliū p̄ſentare. e. ti. ꝙ aūt. ⁊. c. cū aūt. ⁊ potioꝛ erat cōditō inſtituti ab epo vt ibi. videbatᷣ tñ epo p̄mo teneri: qꝺ itellige vt dixi. e. ti. paſtoral'. Sꝫ ꝗ licebat ſic ſucceſſiue accumulare. hōeſtū ē vt liceat etᷣ ſic p̄ſentare.

a Plures. quotcūqꝫ: vt dixi in p̄n. c.

b Preſentare. ſimul vel ſucceſſiue. licȝ enim olim cum laicus preſentabat ſecundū daret̃ optio epiſcopo: ipſe tn̄ laicus inſtabat ꝑ ſecundo. modo vo poteſt relinquere hic epiſcopi optioni. ⁊ ſic no. ꝙ licȝ electões non poſſint fieri alternatiue: de elec. c. ij. li. vj. p̄ſentatões ſic vt hic. quod de laicis intelligo: vel clericis p̄ſentantibꝫ ex patrimonio: in qbꝫ locum habebat quod ſ. dixi.

c Perſonas. etiam in minoribus conſtitutas. quod dic vt de inſti. c. ij. li. vj. Jo. an.

d Per epiſcopum. vel alium inſtituentē: cum eadem ſit ratio.

e Cum ſit. religioſi ſbire tenent̃ onera que incūbebant eccleſijs ꝑ eos ante hoc conciliū acquiſitis niſi p̄uilegio exemptione l' alia iuſta cauſa iuuent̃: que priuilegia l' exemptões nō iuuāt in eccleſijs poſt concil'. acquirendis. ſecūda ibi: p̄uilegia.

f Nature. ſumptū de regula formata ꝑ modū cōuerſum. ff. de re. iur. ſm naturā. ⁊ vide de re. iur. qui ſentit. lib. vj. ⁊ dicit lex ꝙ non eſt ferendus q̇ lucꝛ amplect̃ ⁊c̃. C. de cad. tol. l. vna. §. ꝓ ſecundo. in fine.

g Religioſi. in alijs ꝙ locum non habꝫ inḡtu inducit ius nouū in ſi. ſimile ſ. e. comp. de deci. c. j. de teſta. c. j.

h Titulo. vt donatõe de dona. conſultatõibꝫ. ꝑmutatõe: de rer̃ ꝑmu. ad queſtões. vel p̄ſcriptione: de iurepa. cura. titulo vere emptõis haberi nō poteſt. de ſymo. querelam: de iurepa. de iure. ⁊ an tranſeat cum vniuerſitate ſcripſi. e. ti. ex litteris. titulus etiam edificatõis l' fundatiõis nō adaptat̃ huic caſui.

i Sedis ap̄lice. de iureiurā. ego ep̄s. ꝯ cēſi. cū inſtantia.

preſentare perſonas: ꝙ vna ex eis eligi ꝑ epiſcopū valeat et admitti. Clemens quintus in concilio vienenſi.

## De cenſibus exactionibus et procurationibus. Rubrica.

Cum ſit nat̃e conſonū: illos non recuſare onera q̇ rerum cōmoda complectunt̃: hac imppetuū valitura conſtitutõne ſancim⁹: vt religioſi quicūqꝫ ꝑ mōaſterijs ⁊ eccleſijs que ad eos quocūqꝫ ſint titulo deuoluta. ꝓcurationes legatoꝝ ſedis apoſtolice ac iura epiſcopalia ⁊ alia preſtari ꝑ ipſis anteꝗ̄ ad eos peruenirent ſolita prompte ſoluere ſtudeant: niſi forſan ſedis apoſtolice priuilegio exemptõe vl' alia cauſa legittima ab his ſe valeant excuſare. Priuilegia vo ſeu exemptiones hmōi ad mōaſteria ſeu eccleſias que ad eos obuenire continget in poſterū volumus nō extendi.

Idem.

Ad noſtꝝ quod dolentes referim⁹ peruenit auditū: ꝙ eccleſiarū prelati ad monaſteria ciſtercieñ. ordinis accedentes: licȝ ab eis charitatiue recipiant̃: ⁊ eis curialiter neceſſaria miniſtrẽt̃: cibis tamē regularibus non ꝯtenti: ꝯtra p̄uilegia dicti ordinis carnes petunt: ⁊ ſi eis nō miniſtrent̃ auferunt violent̃: ⁊ lȝ in locis eiſdem fiant elemoſyne competenter. ipſi tamen p̄lati ipſis religioſis inuitis alias elemoſynas faciunt: etiā in aliquibꝫ locis in quibꝫ ꝓcurationes nō habẽt de ꝯſuetudine vl' de iure. Pro equitaturis quoqꝫ ferrandis licȝ ferris non egeant: ⁊ coci eorum ſui officij ratõne pecuniā exigunt ⁊ extorquẽt: nec compoſitões ſuꝑ ꝓcurationibus inter p̄latos ipſos ⁊ eos initas eis ſuant: ipſis etiā in recipiendis ꝓcuratõibus ita graues exiſtunt: ꝙ ipſis in eorum monaſterijs ⁊ eccleſijs ꝓcuratões recipiẽtibꝫ: longi temporis victum breuis hora conſumit: ⁊ dum ꝓcuratões recipiūt: canes venaticos falcones ⁊ accipitres ſecū habẽt ⁊ niſi voluntati ſatiſfiat eoꝝ: value monaſterioꝝ ſeu eccleſiarum ꝑ violentiam ſepe frangunt̃ ⁊ ornamenta eccleſie exportant̃: pluresqꝫ ꝓcuratões recipiūt vna die ſe. apoſtolice p̄uilegio non ſuffulti: interdū in pecunia nūerata viſitatõis

p Exemptões hmōi. intelligo ḡnerales vel a p̄dictis iuribꝫ.
q In poſteꝝ. ꝯcor. de deci. nup. ſi. ſ. e. com. de reſcrip. lr̃as. video ergo ꝙ p̄uilegia vel exemptões quas habebāt religioſi etiam circa eccleſias acquirendas nō habẽt locum: niſi i acq̇ſitis an̄ ꝯcil'. vieñ. De religioſis dixi: q: circa ſeculares nil immutat iſta ꝯſtō. Et ſcias ꝙ conciliū inchoatū anno dn̄i. M. ccc. xj. die kalend. octobris. ⁊ terminatū fuit ãno ſequẽti. vj. die apul'. ⁊ ſic durauit vltra ſex menſes. Scito ꝙ qn̄ acquiſiuerit: ſcies an an̄ ꝯcil'. vel p⁹. Quid de acquiſitis durante ꝯcilio vel poſt ꝯciliū anteꝗ̄ ꝯſtões ligarẽt: de quo ſatis dixi i ꝓhemio: equū videret̃ ꝙ acquiſite anteꝗ̄ ligarent ꝯſtões p̄uilegijs ⁊ exemptõibus gaudeant ꝑ ea que ibi dixi.

r Volumus. ſit ꝓ rõne volūtas. cū al's deceat priuilegiū p̄ncipis eſſe māſuꝝ. de re. iur. decet. lib. vj. cum ꝯcor. ⁊ ē. ſi. ſ. e. cõpi. de ſepul. dudū. §. pe. in ſi. ⁊ ſ. ti. j. c. j. i ſi. ꝯ reſcrip. c. vl. ꝯ deci. c. ij. li. vj. fuit tn̄ motiuū: q: p̄uilegiū tēdebat ad noxā: de deci. ſuggeſtū. vbi de hoc.

ſ Ad noſtrum. Apponit quedā grauamia que prelati inferebãt exēptis ꝓcipue ciſtercienſibꝫ. ⁊ illa fieri ꝓhibet ſtatuens: ꝙ epi q̇ in mōaſterijs ciſtercieñ. ordinis caritatiue ꝓcurãt̃: ſint cōtẽti cibarijs q̇ ꝑ illos miſtrant̃. Si vo ꝓcurant̃ ex debito ipſis volẽtibꝫ carnes miſtrari debẽt ex̃ ſepta mōaſterij vl' ſaltē ex̃ portā q̇ dr̃ regularis. ipſoꝝ et elemoſynarij fragmēta menſarū p̄nt paupibꝫ erogare. Prīa ps pōit grauamia. Scda ꝓuidet. ibi nos igit̃.

k Epiſcopalia. ꝯ quibꝫ de of. or. ꝯquerẽte. ſ. ti. j. c. j. ⁊ vides ꝙ ꝓcuratio legatoꝝ ⁊ iura ep̄alia ponūt̃ vt diuerſa. ꝑ qđ pꝫ ꝙ qui ex pacto tenent̃ ad iura ep̄alia: nō ꝑ id tenent̃ ad ꝓcuratoꝫ p̄dictā.

l Solita. vel ex impoſitõe facta tp̄e fundatõis. xviij. q. ij. cleutheri⁹ e. ti. quāto. de iurepa. pterea. ij. vl' ex antiq̇ vſu: de hoc. e. ti. ꝑuenit. vl' q: res aliq̇ hñs on⁹ ãnexū ꝑuẽit ad eccleſiā i quā trāſiuit cū ſuo onere xvj. q. j. ſiqs laic⁹. de deci. paſtoral'. de pig. c. l'ris. ff. de ꝯtrahen. emp. alienatio. Jo. an.

m Priuilegio. hoc iuuat quo ad omnia predicta.

n Exemptione. ſi intelligas ab ep̄ali iuriſdictõe hoc ñ iuuat quo ad ꝓcuratões legatoꝝ ſe. ap. ad q̄s exēpti tenẽt̃: ñ ob. e. ti. cū inſtātia. qđ exponas vt ibi dixi. ꝯ illas etiā nō valet p̄ſcriptō. de p̄ſcrip. accedẽtes.

o Legittima. puta ꝯpoſitõe. j. c. ꝓx. v. nec ꝯpoſitões. qđ intellige q̇ ad illa i qbꝫ valeret ꝯpoſitō. de hoc. e. ti. cū venerabil'. vl' res iudicata de re iudi. cū inter. ⁊ nō. de p̄ſcrip. cū ex officij. i vl. glo. Preſcriptō nō vr̃ hic adaptari: cū loq̇t̃ tex. de his q̇ p̄ſtari ſolebant. noua vo p̄ſcriptō p⁹ acq̇ſitõꝫ illaꝝ bñ poſſet adaptari i his iuribꝫ q̇ ſunt p̄ſcriptibilia: de p̄ſcrip. de q̄rta. Sꝫ nūq̇d erit lttima cā ſi dicat̃ idebita fuiſſe? So. puto de mēte h⁹ ꝯſtõis: ꝙ ꝑcipiēs i poſſeſſiõe defendat̃ donec ꝓbet̃ idebitū. e. ti. ꝑuẽit. ſa. ꝯ elec. q̄relā. ad ſi. ⁊ qđ ibi no. de of. or. duo ſil'. i. iij. glo.

t Dolẽtes. ſ. e. ꝯpi. de ſta. mo. c. ij. v. viſitatores. ⁊ ibi ꝯcor.
u Regularibꝫ. de quibꝫ i regula bn̄dicti. xxxix. c.
x Inuitis. ñ erat q̇ dicēda el'ya q̇ ꝯ rapina fiebat. j. q. j. ñ ē putāda
y Ferris. vide qđ no. e. ti. exigit. in glo. ij. li. vj.
z Officij. ꝯ id. e. ti. romana. §. ꝓcuratões. li. vj.
a Cõpoſitões. ꝯpoſitō ꝑ quā tollat̃ ꝓcuratō debita viſitāti ñ valꝫ ſic eñ viſitatō ꝑ ꝯpoſitōꝫ tolli ñ poſſet: ita nec ꝓcuratō q̇ debet̃ iure ãnexiõis ſic de p̄ſcriptõe dr̃: de p̄ſcrip. cū ex officij. ſꝫ erãt ꝯpoſitões ſuꝑ mō ꝓcurãdi l' nūero ꝓcurãdoꝝ q̇ ſeruãde erãt. fa. qđ no. xvj. q. vij. q̇cūqꝫ. ſicut etiā ſuꝑ decimis fit ꝯpoſitō: de deci. ex multiplici.
b Ipſis. prelatus.
c Conſumit. ꝯ id. e. ti. cum ap̄lis. Refert Suetonius. lib. ij. ꝙ Tyberius p̄ſidibꝫ ſuadentibꝫ ꝓuincias onerari tributo reſcripſit: boni paſtoris eſt tondere pecus: non deglutire.
d Habent. ꝯ id. e. ti. cum ap̄l'us. de cle. vena. c. j. ⁊ ij.
e Value. de ſpo. conſultatõi. in p̄n.
f Frangunt̃. an hec liceãt et̃ hñti iuſtā cãm ⁊ poſſidẽti cui denegat̃ penſio vl' hoſpitiū vl' ꝓcuratō plene ſcripſi p⁹ inno. de imu. ec. c. j.
g Exportãt̃. h⁹ ñ p̄nt et̃ collectores deciaꝝ. ſ. e. cō. ꝯ dci. ſi bñficoꝝ
h Vna die. cum tamen numerus ꝓcuratõnū nō debeat excedere

